

debebat, abduci se passus est.

28. Uti igitur in consensione cum lege, unio cum Deo, verâ luce, per agnitionem & dilectionem simplicem, & in unione vita fuit,

29. imperfectior primò ac solubilis; post perseverantiam in bono, futura perfectissima atque insolubilis:

30. ita in dissensione, separatio à verâ vitâ, & in separatione mors orta est.

31. Prima, in corruptione, hoc est, impotentiâ, immunditie, ac reatu; quæ sanari non potest per naturam:

32. adeo ut & pœna sit, quatenus est passio permanens, quâ deseritur homo à Deo;

33. & peccatum, quatenus continet actiones, quibus deserit magis magisque Deum.

34. Eamque, nisi sanatio gratiòle interveniat, sequitur tandem etiam mors secunda, in plenâ rejectione ac damnatione, quæ nec sanari potest per

gra